



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies  
quadraginta**

**Flavin, Melchior de**

**Parisiis, 1566**

De pace regni Christi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29986**

Galat. 4.  
Hebr. 9.

2. Cor. 3.  
Rom. 8. &  
14.  
1. Cor. 7.  
2. Cor. 5.  
1. Pet. 4.

Coloss. 1.

Rom. 8.

CAP. 23

Esa. 2. 9. &

11.

Psal. 71.

Matth. 10.

berans à seruitute. Galat. 4. Heb. 9. & manumisit nos vt ei seruiamus. Hæc ipsa seruitus magna censetur libertas & regnare Quocirca iusti pro magno honore vocantur serui Dei, qui seruiunt ei amore & charitate. 2. Cor. 3. Vbi spiritus Domini, ibi charitas Rom. 8. & 14. Domini sumus 1. Cor. 7. 2. Cor. 5. 1. Pet. 4. Prima & maxima libertas est in Deo, qui nulli subijcitur: in secundo gradu sunt beati expertes omnis mali & confirmati in bono: in tertio Adâ expertes omnis mali sed non confirmatus: in quarto nos Coloss. 1. eripuit nos expectantes perfectissimam libertatem in gloria quã spe tenemus. Rom. 8.

*De pace regni Christi.*



Mines prophetae qui vaticinati sunt de rege Messia, & regno eius promittunt nobis pacem perennem à nullo interturbandam, Esa. 2. & 9. 11. & Psal. 71. quam Iudæi sibi pollicentur per suum Messiam, sed tantummodo corporalem. Christus autem non attulit eam sed potius bella, eorum censura, Matth. 10. Non veni pacem mittere, sed

gladium: & secundum Rabbi, Moysen, Ben, Maimon, fuit causa ruinæ Iudæorū. Ideo non recipiunt Christum nostrum pro Messia licet Rabbi heliezer dicat illam pacem Messiaē spectandam in sæculo venturo. Eapropter videndum est de triplici pace temporali videlicet & spiritali regni Christi in hoc sæculo, & demū de pace æterna regni cælorum. De prima attēdēdū est quomodo Christus venerit tēpore quartæ monarchiæ, Dan. 2. & 7. & Dan. 2. & 7. Gen. 49. quo tempore fuit pax vniuersa- Gen. 49. lis, vnde, Luc. 2. Exiit edictum à Cæsare Augusto vt describeretur vniuersus orbis: quæ durauit 115. annis vsque ad destructionem templi. Quam pacem infregerūt Iudæi per suum pseudomessiam Ben cozba sub quo rebellarūt Romanis. Tempore illius pacis floruerunt ingenia præclarissima maximè tempore Octauiani Augusti Romæ reperti sunt viginti septem miliones ciuium. Fuerūt tunc permultæ diuitiæ, vt patet in ædificiis & Romæ & hierosolymis in tēplo & aliis ædificiis per Hærodem. Nomine enim pacis Christus & Hebræi vocant omnimodam fœlicitatem. Sub illa pace propagatū est

Rom. 10.  
Coloss. 1.

euangelium per totum mundū, Rom. 10.  
& Col. 1. Illa enim pax temporalis maxi-  
moperè necessaria est regnis: sub ea co-  
luntur, horti, agri, vineæ, pascuntur tutè  
animalia, homines abundant omnibus  
bonis, ædificantur villæ, oppida restau-  
rantur & ornantur, crescunt, opes, alun-  
tur voluptates, vigent leges, studia, & ar-  
tes, instituuntur iuuenes, senes quiescunt  
in otio, virgines seruantur in sua purita-  
te, floret Reipublicę disciplina, feruet re-  
ligio, pollet iustitia & humanitas. Ob il-  
lam pacem Dominus suscitauit illos he-  
roas medios inter Deos & homines phi-  
losophorum iudicio, qui nutu Dei ere-  
xerunt monarchias quibus Dominus ex-  
hibuit sua miracula præcipuè Alexandro  
ex Iosepho. Enimuerò quatuor monar-  
chiæ Assyriorum, Persarum, Græcorum,  
Romanorū suscitatae sunt Dei prouiden-  
tia vt extinctis regulis tyrannis qui sese  
mutuò conficiebant magno populorum  
dispendio, potestas esset penes vnum pu-  
blicæ pacis & iuris conseruandi gratia.  
D. 11. 7. Succurrit nobis, Dan. 7. In hac parte. Bo-  
na pacis affatim ostēdit Cassiodorus epi-  
lib. 1. Pacem docet natura: nam similitu-  
do

do causa est dilectionis, Eccl. 13. Item ho- Eccl. 13.  
 mo est animal mansuetum absque armis  
 natum quod non contingit aliis anima-  
 libus, quæ habet dentes, cornua, unguis,  
 &c, id genus. Adde quod omnia quæ sunt  
 hominis pacem suadent. Vnde finis belli  
 hominum pax est, Augu. 19. Ciuit. Veget.  
 libr. 3. cap. 5. Cicero lib. Officiorum & 10.  
 Eth. Arist. Bellamus, vt pacem habeamus:  
 ad hoc leges constitutæ vt viuamus in pa-  
 ce & quidem cum Deo, qui non est Deus  
 dissentionis sed pacis, 1. Corint. 14. Opti- 1. Cor. 14.  
 mum sacrificium Deo gratum est pax, Psal. 133.  
 Psal. 133. Ecce quam bonum & quam iocū-  
 dum habitare fratres in vnum: & pau-  
 lopost, quoniam illic mandauit Dominus  
 benedictionem & vitam vsque in sæcu-  
 lum. Dæmon autem *δαιμόνιον* est pero-  
 sus pacem & suscitatur bella, quæ sunt exi-  
 tium animarum, bonorum, religionis, iu-  
 stitiæ, legum, virtutum & effrænis trans-  
 gressio omnium mandatorum legis na-  
 turæ scriptæ, & euangelij impunè: Vnum Gens. serm.  
 enim ex quatuor peccatis de quibus vix contra dominum  
 homo potest facere satis est cōsulere bel-  
 lum maximè iniustum. Sicut enim donū  
 pacis est maximum. 4. Reg. 20. & Esa. 38. 4. Reg. 20.  
Esa. 38.

K

sic bellum est maximè signum iræ Dei.  
 Nam post excacationem mentium de  
 qua Esa. 6. 2. Cor. 4. & Ephes. 4. qua nunc  
 plectuntur Iudæi. Roma. 11. Nullum gra-  
 uius malum bello, quod refugit David.  
 2. Reg. 24. Data illi optione plagarum  
 Dei: Siquidem concordia res crescunt &  
 discordia maximè dilabuntur. Nam om-  
 ne regnū in se diuisum desolabitur. Mat-  
 thæi 12. & Luc. 11. siue sit monarchia siue  
 imperium: bella siquidem præstiterunt  
 accrementum imperio. Turcarum hoc  
 inauspicato æuo, auxerunt hæreticos  
 Vualdenses, Husitas, Lutheran. Zuing.  
 &c. Huiusmodi pestes, mala dissentionū,  
 contra quas Paul. Roma. 16. & schismatū  
 in ecclesia impediuerunt innumeras mi-  
 riades infidelium à fide nostra suscipien-  
 da: & alij qui recenter receperant descie-  
 uerunt à fide: quod patuit tempore Ma-  
 chom. in Manich. Nestorianis, Iacobitis  
 & consectanæis Berylli, qui in odium Ca-  
 tholicorū prodiderunt Machometo Sy-  
 riam, Ægyptum aliasque Oriētis prouin-  
 cias: & Sergius Nestorianus Monachus  
 cum aliis duodecim: ex his quatuor sectis  
 composuerunt Alchoranum Machome-

Esa. 6.  
 2. Cor. 4.  
 Ephes. 4.  
 Rom. 11.  
 2. Reg. 24.

Matt. 12.  
 Luc. 11.

Rom. 16.

ro. Inter quatuor enim flagella Dei (id est) famem, pestilentiam, bellum, & malas bestias grauior est plaga belli, quod est lerna & mare omnium malorum. Incirco poetæ dicunt bellum ab inferis immitti furiarum ministerio: Bellum siquidē dicitur per antiphrasim quia non bellum, vel à belluis dicitur. De malis quæ attulerunt bella in Græcia, Pannonia, Germania, & Galliis, vide Hieron. epistolam ad Heliodorum & ad Geruntiam de monogamia. Dominus enim prohibuit fundere sanguinem. Gen. 9. & vesci sanguine. Pythag. nolebat animalia occidi. hæc eò spectabant vt auocarentur homines ab homicidio quod bellum intēdit. Notandum autem plurimum est quod diabolus dissidiorum amicus, quādo soluetur in fine mundi Apoc. 20. Suscitabit grauiora bella cæteris præteritis, Mat. 24. & Luc. 21. quæ erunt signa propinqui iudicij, quod nunc nostro dispendio experimur ex bombardis, stlopis, artificialibusque fulgetris, & cæteris id genus armis: priscis ignotis. Romani enim tametsi Ethnici & sine Deo parcebant mulieribus, & pueris: & Gotthi fugiētib<sup>9</sup> ad edes

Gen. 9.

Apoc. 20.

Matth. 24.

Luc. 21.

Ephes. 2.

Gal. 4.

sacras. at nūc nulli sexui parcitur, vel æta-  
 ti. Christus rex pacis, venit ad nos tempo-  
 re pacis, Esa. 2. Docuit pacem, Zach. 9. &  
 reliquit in testamento pacem, Ioan. 13. 14.  
 17. sint vnū sicut ego & tu vnū sumus.  
 Hęc pacē clamat Paul. Rom. 14. 1. Cor. 11.  
 Ephes. 4. 1. Thessal. 5. & 1. Petr. 2. pro pace  
 alenda iubet Christus: & consulit, Mat. 5.  
 vt auferenti vestem detur & pallium, ci-  
 tius quàm interrumpatur pax. Pro pace  
 soluit tributum, Matt. 17. ad hoc enim da-  
 tur tributum regibus, vt quiescat popu-  
 lus in pace. Iudæis quibus promissum re-  
 gnum tēporale temporalibus bellis opus  
 erat: Iudic. 3. & pace quam promittit Do-  
 minus, Leuit. 26. & Deutero. 28. At nos  
 quorum regnum est spirituale, opus est  
 habere bella spiritualia de quibus Eph. 6.  
 Item pacem spirituales quam mundus  
 non potest dare, nec auferre, Ioan. 14. &  
 16. Gaudium vestrū nemo tollet à vobis.  
 Vnde quanto bella sunt immaniora  
 pro Christo contra nos, tanto  
 maior est pax.

Zach. 9.  
Ioan. 3.  
14. 17.

Roma. 14.  
1. Cor. 11.  
Ephes. 4.  
1. Thes. 5. &  
1. Petr. 2.  
Matth. 5.

Matth. 17.

Iudic. 3.  
Leui. 26. &  
Deut. 28.

Ephes. 6.

Ioan. 14.  
& 16.